Kostrÿ Wÿszÿnski — 1 / Donatio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Valentinus Kostro filius olim Nobilis Petri Kostro Camerarÿ Terrestris Bielscensis sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit. Quia Nobili Ioanni Casimiro Wyszynski filio olim Joannis de Wyszonki Wypychy? et Posele haeredi et eius posteris Bonorum suorum haereditariorum in bonis Kostrÿ Noski in sorte Zukawina consistentium in primo manso a Balazie sex sulcos citra vel ultra a granicie Pilaska ad fluvium Poselowska tendentes inter mettas Lenartowska et fratrum suorum iacentes in alio loco et eodem campo octo sulcos citra vel ultra protendentes ut supra inter mettas Valentini Kostro et fratrum suorum iacentes cum agris pratis et omnibus ac singulis eorundem Bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentiis et pertinentiis cunctisque commodis nullis exceptis nec non cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate tituloque haereditario pura mera sincera ac irrevocabili donatione perpetuo ac in aevum dedit donavit inscripsit et resignavit Cui iam ex nunc in dicta Bona realem intromissionem cum actuali ac pacifica possessione Nobilem et Nobiles dictos quos ex officio acceptandum dat et admittit Pacemque tuitionem et evictionem ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum per omnes Iurisdictiones Terrestres cavet sub damnis Terrestribus simpliciter taxatis et edicendis Et Coram officio seu Iudicio Castrensi Branscensi in primo citationis Termino tanquam peremptorio peremptoria visione et satisfactione sine ulla dillatione motione apellatione diffugio quovis ac exceptione

Niemÿe antiqua — Obligatio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Mathias? olim Michaelis Niemyski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit Quia Nobili Mathiae olim Alberti Niemyski de antiqua Niemyie et eius posteris Bonorum suorum immobillium in haereditate Niemyie antiqua sittorum unum sulcum cum medio a via Lene ad persulam Mocrydlanie per pratum protendentem inter mettas Stanislai et Laurentii? iacentem in alio campo sulcum unum cum medio a via Zydowska per via Skodowska ad mettam protendentem inter mettas eiusdem Stanislai et Joannis iacentem item in eodem campo sulcum unum cum medio a ostrowka a metta ad graniciem Jamaltowska? inter mettas Stanislai et Laurentÿ iacentem item in tertio campo sulcum unum cum medio a metta ad Plagium Taleski inter mettas Stanislai et Ioannis iacentes item duos sulcos a metta ad borum protendentes inter mettas Stanislai et Wyszyński? iacentes Item ... sulcum unum a metta ad graniciem Dorowska tendentem inter mettas Stanislai et Laurentÿ iacentem cum agris pratis rubetis et omnibus ac singulis eorundem Bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentiis et pertinentiis cunctisque commodis eo obligationibus? nec non cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate tituloque haereditario nullis exceptis pura mera sincera ac irrevocabili donatione perpetua ac Successoribus temporibus in summa octo sexagenarum Polonicalium hinc usque ad exemptionem ligavit et invadiavit Cui iam ex nunc in dicta Bona realem intromissionem cum actuali